

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis


Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CXLVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

animarum Salutem in Domino promovendam , ad Castrum nostrum Villingen pro recipienda & edificando ibi domo, ad usum vestri Ordinis , velitis transmittere propter Deum. Ut autem petitioni nostrae in hac parte favorabilibus annuatis, tenore vos presentium securamus, quod omnia jura & Libertates, sive statuta & consuetudines vestri Ordinis favore benivolo prosequentes, in nulla unquam parte ledemus, vel minuemus, & quantum in nobis est bona fide omnia illibata custodiemus , & observabimus, & faciemus a nobis subditis observari. Omnes etiam areas in eadem villa habitas & habendas pro vestris edificijs construendis damus in perpetuum omnimode Libertati.



CXLVI.

HENRICI COMITIS DE VÜRSTENBERCH ET UXORIS
EJUS AGNETIS CHARTA LIBERTATIS NOVO FRATRUM
MINORUM IN VILLINGEN MONASTERIO
CONCESSÆ.

A N N O M C C L X V I I I .

Ex Archivo Fürstenbergensi.

Universis presens scriptum inspecturis H. Comes de Vürstenberch salutem cum notitia subscriptorum. Que aguntur in tempore negligantur cum tempore, litterarum solent testimonino confirmarj. Non verint igitur presentes & posterj, quod Nos & Agnes Uxor nostra Comi-

tissa, cultum Dei ampliare cupientes, pro nostra & nostrorum predecessorum ac successorum salute, Fratres minores vocavimus cum multa precum Instantia ad Villam nostram Vilingen, consensu & petitione ci-vium dicte ville communiter accedente. Obligantes nos eisdem Fratribus tenore presentium, & asscurantes, quod omnia jura & libertates five statuta & consuetudines sui ordinis, favore benivolo prosequentes, in nullo unquam parte ledemus vel minuemus, & quantum in nobis est, bona fide omnia illibata custodiemus & observabimus, & faciemus a nobis subditis observari. Omnes etiam areas in eadem villa habitas & habendas, cum via inter murum nostre Civitatis & ipsis areis contigua, pro sepedictorum Fratrum habitatione necessarias, damus in perpetuum omnimode libertatj. Et ut hec firma & illibata permaneant, prefentes litteras munimine Sigillorum nostrj ac dictorum Civium roboramus. Datum in prenotata Villa Vilingen, Anno Domini M.CC.LXVIII. Dominica prima post Octavam Epyphanie.

(L. S. penfili.)

(L. S. penfili.)

CXLVII.